



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Restitutio X. quoad inuenta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

698 RESTITUTIO IX. ET X.

Incerta possunt restituī pauperibus.ca.16.
n.29.Et nomine pauperis intelliguntur pa-
peres , qui mendicant , aut egent necessarijs
ad decentiam: itēm, Ecclesia, monasterium,
Xenodochium,&c.pia opera.c.17.n.93.

Sufficit compositio quoad incerta. Sed
procurans compositionem peccat. m. donec
illā adipiscatur , si cūm possit non restituī
pauperibus.n.93.

RESTITUTIO X.

Quoad inuenta.

I Nueniens aliquid notabile alienum, si filii
retineat , vel cūm primū potest com-
modē reddere, non restituit perdentī , si fili-
lum cognoscit , vel non fecit diligentiam, ut
cognoscat , peccat m. c. 17.n.170.

Inuenta, si post debitam diligentiam non
compareat Dominus , restituenda sunt pau-
peribus: & si inuentor est pauper , possunt ei
applicari.n.17.1.

Accipere res communes, aues, feras,lapi-
des pretiosos in littore maris , & thesauros,
& habitum pro derelicto, non est peccatum.
n.170.

Et ex coniecturis præsumitur aliquid esse
dereli-

derelictum , vt quando Dominus tacet , &
non querit , vel iacet liber apertus in mari
vel fluvio tempore tempestatis , secus si ia-
cat clausus tempore etiam tempestatis.
num. 170.

Qui casu inuenit thesaurum in loco alieno , tenetur dimidium reddere domino . Si
verò data opera absque facultate Domini
effodiens inuenit illum , tenetur totum red-
dere , saltem deductā mercede sui laboris . nu.
171. Si autem inuenit in suo loco quoad
dominium directum , & vtile , totus est in-
uentoris . n. 172.

Creditor inueniens thesaurum in domo
quam in pignus habet , & maritus in terra
dotali vxoris , debet diuidere thesaurū cum
debitore , aut vxore . Idem de inueniente in
agro , vel domo conductis , etiam ad lon-
gum tempus , vel ad vitam , vel in emphy-
teusim perpetuam . nu. 173. Si verò inuentor
habeat dominium directum loci , debet di-
midium dare habenti dominium vtile . ibi-
dem . 173.

Inueniens thesaurum in loco publico , vel
faco , vel religioso , debet partiri cum fisco ,
vel ciuitate , vel prælato , cuius est locus . Hæc
autem restitutio facienda est ante sententiam
iudicis , quia non est pena . n. 175.

Inueniens pecuniam dispersam per agrum ,
aut

aut in fæculo in foramine parietis; tenetur restituere, quia non est thesaurus. Idem de inueniente pecuniam occultataim metu belli: & hæc restitutio facienda est illi; qui abscondit, vel dispersit: aut eius heredibus vel certè pauperibus, si ex cōiecturis apparet non multum temporis fluxisse, ex quo posita fuit ibi. num. 175.

Inueniens thesaurum etiam in loco suo, ante magica, tenetur reddere fisco, non tamen ante condemnationem. num. 176.

Inueniens trahem, vel aliquid aliud vi fluminis delatum, & accipiens sibi, tenetur restituere, nisi eis sit tale ut merito presumeretur derelictum. Quod si in suo fundo inueniens Dominum requirat, ut accipiat, vel petat à iudice, & Dominus nihil euret, præsumi potest id haberi pro derelicto. Inueniens autem feram in laqueo etiam alieno potest sibi retinere, quia fit accipiens nisi ex cōsuetudine adiudicaretur paratilatum. ibid.

R E V S.

c.11
Interrogatus de aliquo delicto, absque iuris ordine, potest illud occultare, quamvis indirecte redundet in damnum accusantis.